do experimentis ad ſanandū egrotū .hec
ibi.Ad illd facit qd dicit Aug9.de circū
ſtantiis peccatorum de pe.di.v.c.Conſide
ret qualitatem crīs :in loco :in tēpore :in
perſeuerātia :in perſone varietate .quali

hoc fecerit intentione et ipſius vitii mul tiplici executione. Oīs iſta varietas con fitenda eſt et deflenda. Dolendum eſt non ſolum quia peccauit. ſed quia ſe virtute et gratia priuauit. doleat aliorū vitam in ſuam fuiſſe corruptam. ſ. ſuo exemplo et cōmodum qđ dediſſet proximo ſuo exem plo bono. doleat de triſtitia quam intulit bonis peccando: et de letitia quam eis nō adhibuit. hec Aug⁹. Que omnia intellige ſ3 ꝙ declarātur hic. Illas autem circūſtā tias que trahunt peccatum in alteram ſpe ciem oportet neceſſario cōfiteri ſm Tho. Alb. et alios doctores. Alias. n. circūſtā tias confiteri cum ſint peccata venialia perfectionis eſt virtutis non tamen eſt ne ceſſarium. Pe. de. pal' in. iiij. di. xvj. dicit ꝙ numerus circūſtantiarum compreben ditur hoc verſu. Quis quid vbi per quos quibus. ſ. auxiliis cur quotiens quomodo quando. Ray. vero addit octauam. ſ. quo tiens. et ubi. in verſu dicitur quibus auxi liis ipſe dicit per quos. Dicitur ergo qꝫ pro uarietate pſonarum: et ſtatus: etatis ſapientie. et ordinis. et ſic fuit grauiſſi mum peccatum Ade. quia q̄nto gradus al tior tanto caſus grauior: et ingratitudo maior. Quid. vtrum malum quia probibi tum vel ex genere ſuo. vtrum mortale vel veniale: an occultum: vel manifeſtum. et q̄ntum ad hanc conditionem grauius fuit peccatum Chaym q̄3 Ade. q̄ntitas. n. gra uis homicidii grauior eſt peccato gule: vl' ſuperbie. Vbi. quia in loco ſacro gra uius peccat'. Per quos quia traxit alios ad peccandum qđ eſt proprium dyaboli: vel quos poſuit mediatores ad malum per petrandum. quia peccatorum illorum eſt particeps. vel cum quibus. pro quibus. et contra quos. Quotiens. non ſolum q̄n tū ad cōſuetudinem ſed etiā q̄ntū ad nu merum qui numerus refertur ad actionem non ad obiectum actionis. verbi gratia. Si hō in iiuſta cōtrectatione accipiat ſac cum plenum mille florenis. eſt tātum vnū furtum. Si autem tres florenos accipiat diuerſis actibus ſucceſſiue erunt tria fur ta. quia in ipſo actu eſt peccatum ſemper eſſentialiter. et ideo non poteſt vnū in plu ribus actibus. Cur. an ex infirmitate: vl' ignorantia: vel elatione. vel quali inten tione fecerit. quia mortalia peccata tra hunt ſpeciem a fine. ideo hoc diligenter ē explicandum Qui. n. furatur ut mechetur magis dicendus eſt mechus q̄3 fur. et ta men vnum peccatum eſt in vno actu. ſed habēs plures deformitates. Quomō natu rali ul' inatali. qa ſēp ē grauiꝰ ī eodē ge nere. ſ. agendo q̄3 patiendo. Quando. ſi ī ſacro tempore. puta diebus feſtiuis: vel alio tempore. et de perſeuerantia in pctō

Circūſtantie pctōrū confitende ſunt in multiplici genere.

a D declaratio nem huiꝰ. ſ. quando circūſtantie peccatorum ſunt confitende ſic dicit Pe. de pal'. Circūſtantie ſunt in quincuplici ge nere. prime ſunt que non alleuiant nec ag grauant. ſicut ille que nullam important conuenientiam vel diſconuenientiam ad rationem nec ex ſe nec ex ſuſpitione. ut fu rari cum manu dextra vel ſiniſtra et iſtas confiteri eſt ſuperfluū. Secunde ſunt q̄ alleuiant. ſ. que important conuenientiā ut facere malum ex bona intentione vel ig norantia. et iſtas confiteri eſt imperfectū niſi fieret ſcandalum confeſſorū. Tertie ſunt que important diſconuenientiam ex ſuſpitione. ut furari multum et iſtas con fiteri eſt pfectum. quia aggrauant pecca tum. niſi imineret periculum ſui vel cōfeſ ſoris: vel alterius tertii. Sed quia non mutant ſpeciem. nec aggrauāt in infinitū nō eſt neceſſarium eas cōfiteri ſm Tho. Sed pe. dicit ꝙ q̄3uis iſta ſit cōis opinio tutior tamē ē alia. ſ. ut confiteatur eas ſ. cum notabiliter aggrauant. ut furari cē tum multo grauiꝰ eſt q̄3 furari unū. Quar te ſunt que aggrauant et mutant ſpeciem

non tamen in infinitum grauant ut quāꝺo vtrumqȝ eſt veniale .vel quanꝺo primum eſt mortale ſecūꝺum veniale .ut in ſpecie bus gule quarū vna aꝺuenit alteri.et ſunt quanꝺoqȝ veniales.et quanꝺoqȝ mortales et iſtas confiteri non eſt neceſſarium .nec illuꝺ ē contra hoc qđ ꝺicit Tho.et coīter alii .ſ.ꝙ que mutant ſpēm neceſſario ſunt confitenꝺe quia loquitur ꝺe illis que ſunt mortalia ratio autem quare nō eſt neceſſa rium eas confiteri eſt iſta quare circūſtan tia eſt confitenꝺa neceſſario.non quia mu tat ſpeciem .ut patet in ueniali .ſeꝺ quia mutat in infinitum .ut patet in mortali. Seꝺ circūſtantia non mutans in infinitū nūqȝ aggrauat in infinitum.quia inteꝺit penas :et non extenꝺit .extenſio.n. eſt in finita .nec poteſt creſcere .ſeꝺ intenſio ē finita et ſemper poteſt creſcere . Nulla er go talis que non mutat :ſeu aggrauat in / infinitum eſt neceſſario confitenꝺa. Quin te mutant et quanꝺoqȝ aggrauant in infi nitum.ut quanꝺo veniali acciꝺit .puta aꝺ / gulam ſtuꝺioſe preparatam aꝺꝺitur ebri etas :vel notabilis anticipatio hore in ie iunio ſine cauſa. Seꝺ vtrū in religioſo ſit mortale qđ alteri eſt veniale . ꝺicenꝺū ꝙ non .puta ꝺicenꝺo verbum ocioſum et hͦi niſi ſpeciem mutaret.quia nubere:vel vel le nubere .qđ ſecularibus non eſt peccatū ſi hoc fiat cauſa prolis generanꝺe :vel ve niale propter voluptatem eſt mortale reli gioſo profeſſo :clerico:vel orꝺinato.quia ſacrilegium eſt non autem primi motus lu xurie:furti vel inuiꝺie.quia nullus vouet ſe non habiturum primos motus qui non / ſunt in noſtra poteſtate .hec pe. ꝺe pal.

Circūſtantie que trahunt peccatū aꝺ a liuꝺ genus ſunt confitenꝺe .

c **C nota ſecūꝺū**

Tho.ī quaꝺam epiſtola ꝙ ille cir cūſtantie ꝺicuntur trahere peccatum aꝺ aliuꝺ genus.et iꝺeo ꝺe neceſſitate confitē ꝺe que habēt ſpecialem repugnantiam aꝺ aliqđ preceptorum ꝺiuine legis . Sicut / furtum ſimpliciter repugnat huic precep to. Non furtum facies .Si uero fiat fur tum in loco ſacro circūſtantia loci illa re pugnantiam habet aꝺ aliuꝺ preceptorum qđ eſt ꝺe veneratione ſacramentorum et / aꝺꝺitur noua ſpecies pctī.et ſic ꝺ aliis.

Peccatum cōmiſſum ꝺie feſto trahitur aꝺ circūſtantiam aliā.

d **Icit Nicho.ꝺe**

lyra ſuper Exo.ꝙ peccatum mor tale cōmiſſum ꝺie feſto habet ſpecialem / repugnantiam aꝺ illuꝺ ꝺe ſanctificatione feſtorum:et ſabbati.quia magis eſt opus ſeruile opus peccati qȝ opus manuale . O pus autem ſuile ibi prohibetur .et ſic eſt mortale vltra propriam ꝺeformitatem ſue materie.ex hoc ꝙ cōmittitur in ꝺie feſto habet aliam ꝺeformitatem quam oportet confiteri .et in fine ꝺicit iꝺem Tho. ꝙ il/ luꝺ qđ ꝺicitur circūſtātias non habentes peccatum aꝺ aliuꝺ genus :ſiue ſpeciem nō eſſe ꝺe neceſſitate confitenꝺas:non eſſe re ferenꝺum aꝺ numerum peccatorum et eius ꝺem ſpēi .quia numerum tenetur confiteri ſi poteſt quia non eſt vnum ſeꝺ multa . et hoc nota ꝺiligenter .

n **Ota tertio qu/**

oꝺ cum cogitatio cum ꝺeliberatio ne rationis in actum peccati mortalis.ſ.ꝺe liberanꝺi illum actum agere :etiam abſqȝ opere ſit peccatum mortale.iꝺeo aꝺ ſingu las peccatorum ſpecies poſt peccata opis interroga etiam ꝺe peccatis cogitationū illius peccati tantum. et ꝺe peccatis oris et cum opus alicuiꝰ peccati et ꝺeliberatio mentis aꝺ illuꝺ agenꝺum abſqȝ opere ſit e iuſꝺem ſpeciei ſpāliſſime.ſeꝺ ꝺiffert ſecū ꝺum maius minus uel perfectum et imper fectum quia.ſ.maiꝰ peccatum eſt in opere qȝ in ſola cogtatione .iꝺeo etiam ꝺe circū ſtantiis huiꝰi cogitationum interrogāꝺū eſt:puta Si ꝺicit penitens ſe conſenſiſſe

cogitationib9 luxurioſis.quia hoc poteſt
eſſe multipliciter :et in diuerſis ſpēb9.i
deo interrogetur de q̄litate ipſarum cogi
tationum .ut ſi deliberauit tale peccatum
cōittere cum ſoluta .quia tunc fornicatio
eſt .ſi ipſe ſolutus eſt :aut cum coniugata
quia tunc adulterium eſt .aut cum conſan
guinea .quia tunc inceſtus eſt : et ſic de a
liis luxurie ſpecieb9:et aliorū vitiorū.

peccatum diuiditur in tria.

P Ro aliquali de claratione predictorum .nota qđ
dicit Tho.i.ſe.q.lxxij.ꝙ peccatum diui
ditur per hec tria .ſ.peccatū cordis :oris
et operis .non ſicut per diuerſas ſpecies
completas.ſicut differunt ſpē.bos .et leo
et capra .ſed ſicut per diuerſos grad9 pec
cati .ſicut domus in fundamentum diuidi
tur in parietem et tectum ſicut in ſpēs in
cōpletas .Conſumatio igitur peccati eſt ī
opere.vnde peccatum operis habet ſpeciē
cōpletam .ſed prima inchoatio eius eſt q̄ſi
fundatio in corde.Secundus gradus eius
eſt in ore ſm ꝙ homo prorumpit facile ad
manifeſtandum conceptum cordis .Terti
us gradus eſt in conſumatione operis.pa
tet ergo ꝙ hec tria pertinent ad vnam ꝑ
fectam ſpetiem cum ab eodem motiuo pro
cedant .Iracundus .n.ex eo ꝙ appetit vi
dictam prius turbatur in corde. ſecundo ī
verba contumelioſa prorumpit.tercio pro
cedit ad facta iniurioſa ut percuſſionem
et hui9i.et ſic de aliis q̄buſlib3 ut luxuria
Nec tamē ſic intelligendū eſt peccata cor
dis eſſe ſpēs incōpletas quaſi nō ſint mor
talia .imo quando in eis eſt conſenſus deli
beratiu9 ad actus q̄ ſe ſunt peccata mor
talia tales cogitationes ſunt peccata mor
talia .et ſi non ita grauia ſicut peccata o
peris ut dictum eſt et quādo ſunt ſimul co
gitatio cum locutione et opere vnum eſt
peccatum ut patet de luxuria et aliis pec
catis .quando ħo quodam tempore delibe
rat fornicari :et alio tempore diuerſo et
diſtanti fornicat̄ ſunt duo peccata mor
talia .De delectatione vero moroſa aliq̄d
dicetur ſuo loco·

Regule quinq3 cognoſcēdi peccatū mor
tale a veniali.

a D cognoſcēdū vero quando peccatum eſt morta
le vel veniale nota quinq3 regulas .
Prima eſt quando amor :vel affectio ad a
liquam creaturam.ſ.ſe vel aliam tantū cre
ſcit :vel eſt tam magnus ꝙ in eo conſtitui
tur vltimus finis .i.ꝙ nec actu : nec habi
tu ordinat illam creaturam :aut ei9 dilec
tionem:aut etiam ſe ipſum ſm deum.et vl
let cum tali creatura contentari :et nō cu
raret deum offendere aut eius precepta
tranſgredi propter illā creaturam . ita ꝙ
ibi eſt aliq̄l contemptus dei:ſi non formal
tamen interpretatiu9.et eſt fruitio crea
ture .quia preponitur creatura deo.vnde
cum aliquis vellet hic cū creatura ſemper
manere nō curando de eterna beatitudine
licet nō ſint ſemper rudes de hoc interro
gandi:vel tētandi . tamen talis amor cre
ature ſemper eſt peccatum mortale .Quā
do autem aliquis diligit aliquam creaturā
pluſq̄3 deum ſed propter hoc nollet deū of
fendere aut eo carere nec ei9 amicitiā pde
re talis amor creature eſt peccatū morta
le . Secunda regula ſatis concordat cum
precedenti .ſ.cum notabiliter cōtra dilec
tionem proximi aliquid cōmittitur . tunc
eſt mortale peccatum . quando vero non :
tunc eſt veniale .quando vero aliquid fit
contra dilectionem dei poteſt attendi pe
nes hoc qđ repugnat charitati vel aīcitie
quam debemus ad deum habere ſuper oīa.
quando autem aliquid fit contra dilectio
nem proximi poteſt attendi penes iſta pre
cepta legis nature .ſ.qđ tibi non vis fieri
alteri ne facias .et qđ tibi rōnabiliter et
ex debito vis fieri alteri facias :et poteſt
etiam attēdi penes ſcandalum actiuū :qđ
ego īfero proximo meo per mala exempla

ſed inquantum importat aliquid cōtra di lectionem: vel quantum ſit illud ſcādalū ad hoc ꝙ ſit mortale non preciſe determi natum eſt. quia in modico facere contra ꝓximum non eſt moꝛtale. aut in paruo ſcan dalizare. vnde quilibet attendat ſeipſum qd ſibi vellet fieri et quod ſibi nollet fie ri: et ꝑ qd factū et nō factū ſoluere inter ſe: et ꝓximū ſuū amicitiā quā ſimꝉ habēt Tertia rꝉa quando omittuntuꝛ cōtra pre ceptum dei et eccleſie: vel legis nature: vel ſuperioris que precepta ſunt de neceſ ſitate ſalutis uel contra votum publicum vel priuatum: vel contra iuramentum lici tum et tunc eſt mortale peccatum. quando vero citra tunc non eſt mortale.

Quarta regula cum aliquid fit: vꝉ cōmit titur: vel oīttitur contra conſcientiam ve re vel falſe dictātem aliqd peccatum moꝛ tale vel contra conſcientiam formidātem pꝛobabiliter: vel dubitatiue an aliqd pec catum ſit mortale. tunc ſemper eſt morta le ſi cōſcientia nō ſit ſufficiēter īſtructa.

Quinta regula de actibus intꝰ manentibꝰ quādo quidem ſolam habet cogitationem de aliquo q̄ntumcūq₃ turpem: vel malam abſq₃ cōplacentia ſeu delectatione vel cō ſenſu. tunc nunq₃ eſt peccatum mortale vꝉ nullum: vel veniale. quando vero ē conſen ſus in actu. qui eſſet peccatum mortale. tunc ſemper eſt peccatū mortale. quia deꝰ voluntatem pro facto acceptat. quando autem cum cogitatione: aut complacentia eſt delectatio moroſa in aliquo turpi ſpāli ter in libidinoſis. tunc eſt mortale ſm dic tum Aug. etiā ꝙ non ſit conſenſus in actū ſm hoc dictum Aug. iudicium eſt d pecca tis interioꝛibus. ad qd etiam facit diſtic tio ſupra poſita de ſenſualitate et ratiōe et de peccatis preuenientibus et ſequenti bus deliberationem. Applicādo igitur ſep tem vitia capitalia que non ſemper ſunt mortalia. ſed ſunt male radices in homine ex quibus oriuntur ſeptem venialia.

Que debeat ſeruare et ſcire confeſſoꝛ vti lia et neceſſaria in ipſo exercitio confeſſio nis. § .iiij.

(v)Ltra excōnem iuris cōmunis ſciat confeſſoꝛ ſi pe nitens incidiſſet in ſententiam conſtituti onis ſinodalis. ideo debet inueſtigare de conſtitutionibus illius dioceſis. ſi quas habeꝛet: vel etiam prouintie: vel legatō nis. ut melius poſſit penitentibus prouide re. Diligenter queꝛat de numero peccati quotiens incidit in id vel illud. quia homi nes ſepe tranſeunt illud leuiter. et de cir cūſtantiis neceſſariis: et de peccato qd al teri iam rite confeſſus eſt non queras cum non teneatuꝛ niſi in caſu in quo tenetuꝛ cō feſſionem iterare. de quo plene ſupra ī ti. precedenti et non ſolum de peccatis opere perpetratis. ſed etiam de peccatis coꝛdis et de numero eorum: que perſone paruipē dunt interrogādum eſt. Et quia ſm Tho. i. ſe. peccatū cogitationis et operis in ea dem materia ſunt vnius et eiuſdem ſpeciei ſed differūt ſm magis et minus. quia. ſ. peccatum operis eſt grauius peccato cor dis. Ideo etiam interrogandum eſt de ſpē et circūſtantiis neceſſariis peccatorū cor dis. verbi gratia. Si dicit ſe in mente ſo lum deliberaſſe mulierem cognoſcere. iter rogandum eſt vtrum ſolutam: vel nuptā virginem: vel aliam: et qua die. et hoc qa ipſi faciunt illud peccatum eſſe diuerſe ſpēi. Et ſi mulier facias eam ex trāſuerſo ſtare: nec faciem eius aſpicias. quia faci es earum ventus eſt urens ait propheta. Sed nec virum decet frequentet aſpicere in facie: ne eum erubeſcere facias vltra q₃ oportet. viroſq₃ graues et ſapientes dulcius et vrbanius op₃ reprehendere. ru ſticos groſſos: ac idiotas durius. ne pecca ta ſua paruipendant ex leuitate ſermonis Stimulatos dē ex dolore. et deſperatione q̄ntūcūq₃ peccata cōmiſſa ſint grauia con fortare et animaꝛe expedit inducendo exē pla dauid. Magdalene. Pauli. Petri. La

tronis et hui9i .iuratos et ſe excuſantes aggrauare peccata eorum oſtendendo eoꝝ pericula exemplo Ade.Saulis.Iude et huiuſmodi qui ſe ipſos deſperarunt.

Nota ſm.M.Vbe.li.de of.ordi. ꝙ illorū confeſſiones prius ſunt audiende.et libentius qui magis indigere putantur vł quia raro venire ſolent:vel quia ſunt extranei vel quia ſunt in maiori ſtatu.vel de quoꝝ confeſſione ſperatur vtilitas futura.

Quomō ſe habere debeat confeſſor audiēdo mulieres.

i Dem dicit de/ audientibus mulieres.caueant ne niſi in publico audiant:et niſi ab aliquo videantur.nec multum imorētur:niſi q̄n/tum neceſſitas cōfeſſionis requirit:et eis que nīs frequēter cōfiteri volūt aſſignēt certum tempus extra qđ ipſas nō audiāt nec aliis colloqis ſe eis exponāt:et ſemꝑ duris verbis et rigidis vtātur circa illas potius q̄ȝ mollibus.hec ille.Et hoc cōtra illos qui quotidie audiunt mł'ierculas:et faciunt eis longas predicationes:vnde a/mittunt multum temporis:et ſcandalum/ ſeqtur cōmuniter in ipſis et in populis.

Qualis et q̄nta d'beat iiūgi ſatiſfactio ſeu penitentia a confeſſore penitentibus: et qualiter ſe habere debeat penitentias iiungendo.

n Ota quod pro quolibet peccato mortali erat regulariter ſeptēnis penitentia iniungenda ſeu imponenda.ut habeť.xxij.q.i.c.Predicādum in glo.et.xxxiij.q.ij.c.hoc ipſū et.§.ſequenti.qđ ſeruabatur antiquitus et iſta ſeptēnis penitentia magis vł min9 aſpera ſm varietatem crīnū maiorum vel minorum et circūſtantiarum et cōpūctionis erat.quia vt dicit Hiero9.Apud deū non tantum valet tēpoꝛis menſura q̄ȝ doloris.nec tantum abſtinentia ciborum q̄ȝ/ mortificatio criminum.de pe.di.i.c.Menſura.Sed hodie penitentie omnes ſunt arbitrio confeſſoris taxande conſideratis circūſtantiis criminum et perſonarum.et huiuſmodi.extra de pe.et re.c.Deus qui. Dicit etiam leo papa.xxvj.q.vij.c.Tempora penitudinis tue moderātis arbitrio ſunt conſtituenda.prout conuerſorū aīos ꝓſpexeris eſſe deuotos.Ray.Vuł.et Specuł in ſuo repertorio hoc tenent.et generalis conſuetudo ſic ſe habet.nec ē contra id quod dicit Greg9.de pe.di.v.c.Falſas penitentias.dicimus que non ſm autoritatem ſanctoꝛū patrū pro q̄litate criminū ponuntur.hoc enī intelligiť ſm Ray.cū ſine neceſſitate rōnabili differreť penitētie antiq̄t9 taxate.nam vltra illam cōem penitentiam ſeptēnem pro quolibet moꝛtali peccato in genere ponuntur alie penitē/tie maiores vel minores pro certis peccatis.prout habetur in diuerſis capituł decretalium et decretorū.q̄ q̄a coīter non dātur hic non pono que pleni9 habētur in ſūma confeſſorū libro.iij.titulo.xxxiiij.q. xxxv.titulo de pe.et re.vbi ponuntur caſ9 xxxvj.de hui9i.Eſt autem ſatis rōnabił cauſa non dandi hui9i penitentias indiſpoſitio penitentiū.et etiam aliquādo nō ſufficeret temp9 vite.Nā vt Ray.et Hoſti. dicunt.debet confeſſor talem dare penitētiam quam veriſiłr credat illū implere. ne ipſam violando deteri9 ſibi cōtingat ꝙ ſi magna peccata cōmiſit.et dicit ſe penitere.ſed non poſſe aliquā durā penitentiā facere.animet eum ad hoc cōfeſſor ei oſtēdendo grauitatē peccatorū.et per cōſequens penitētiam penarum ſibi propter hoc debitarū:et ſic tandem iniūgat ei penitentiam quam libenter ſuſcipiat.et ſi ſacerdos nō pōt gaudere de oīmoda purgatōne ei9.ſaltem gaudeat ꝙ liberatū a ge/hēna tranſmittit ad purgatoriū.Itaq̄ȝ ut dicit Hoſti.Confeſſor nullomō debet permittere peccatorē deſperatum a ſe recedere.arg.xxvj.q.vj.c.Preſbiter.ſed poti9 imponat ei vnū pater noſter:vel aliud le

ue. et alia bona que fecerit vel mala q̄ tolerauerit ſint ei in penitētiā. Concor. Tho. in hoc. Hoc tamen ſane intellige. vȝ ſi ipſū alias penitꝫ. et dicit ſe paratū facere qđ debꝫ ſꝫ hoc onꝰ penitentie ſufferre non poſſe. tunc propter hoc q̄ntūcūqȝ deliq̄rit. nō debet dimitti ſine abſolutiōe: ne ſe deſperet. Sed ſi dicit ſe non poſſe dimittere odiū uel caſte viuere: vel alienū non velle reſtituere: vel artem dimittere quā ſine mortali peccato exercere nō pōt: vel aliud huiꝰi: cū poſſit. nullomō debꝫ abſolui ſm Tho. pe. đ pal. Alb. quia ut dicit Gregꝰ. ij. q. iij. c. Tūc vera ē abſolutio ſacerdotis cū interim ſeq̄t arbitriū iudicis. ij. q. i. c. Deꝰ oīpotens. q nunq̄ȝ abſoluit de pe. di. i. c. Neminem. Sacerdos aūt nullā debꝫ cōmittere falſitatē in ſacramētis veritatis ūde et de pe. di. v. c. Fratres noſtros admonemꝰ. ut falſis penitentiis aīas laicorū decipi non patiant. falſas penitentias dicit cū ſic agit de vno ut non recedat ab altero. Verū ſi talis peccatū pur uult confiteri debꝫ audiri eius cōfeſſio. ut dicit extra de pe. et re. c. ꝙ quidam et ſibi aliq̄d debꝫ iniungi. non tamen abſoluendo eū: ſed ei declarando ꝙ ꝓpter hoc nō ē abſolutus. ſed tamen ſatiſfaciat ꝓcepto ecclie ānualis confeſſionis fiende. et hortet eū ꝙ faciat omne bonum qđ poteſt. ut deus cor eius illuſtret ad penitentiam. ut dicitur de pe. di. v. c. Falſas et ſic non eſt dimittendus ſine confeſſione ne deſperet. qđ ſi inſtet ꝓ abſolutione oſtendendo ſcandalū: et deſperationem ſi non abſoluatur. nullomodo debꝫ ei aſſentire. licet tamen ei declarare ꝙ fieri non poteſt: nec iuuaret eum. Et ſi ꝑmanet in ſcandalo. non eſt curandum. quia eſt ſcandalum phariſeorū. ij. q. iij. c. Inter verba.

Qualiter ſe habere debeat confeſſor penitentias iniūgendo penitentibꝰ.

i

**Primonendo** penitētias ne vileſcat autoritas eccleſie. arbitret cōfeſſor. et ne ꝑtās clauiū contēnat. de pe. di. i. c. Sunt q arbitrant. l. di. c. Abſit. et. c. Si quis ꝑpoſtera. minꝰ malū ē ſi pur cōtingat errare ꝙ erret dādo minus paruā q̄ȝ nimis magnā. ut dicit Chryſoꝰ. xxvj. q. viij. c. Alligant. quia ut ibi dicitur. Meliꝰ ē reddere rōnem deo de nimia miſīcordia q̄ȝ de nimia ſeueritate Si enī ē benignus deꝰ ut qđ ſacerdos uult eſſe auſterꝰ. exemplū habemꝰ a criſto ut dicit Ray. Qui nulli unq̄ȝ graue īpoſuit penitentiam: ſed dixit. Vade et ampliꝰ noli peccare. et ad hoc maxime debꝫ attendere confeſſor excidere ab eo cauſas et occaſiones peccatorū. puta ſi conuerſatio eiꝰ cū aliquo: vel aliq̄ eſt occaſio ei alicuiꝰ ruine debꝫ īponere ſibi ꝙ dimittat ſi pōt et huiꝰi. de pe. di. iij. c. Satiſfactio. Aliq̄ndo īponere pōt ei loci mutationē q ei ē ad ſcādalū ſi fieri pōt. di. lxxxj. c. Valȝ aliq̄ndo tamē res ſic ſe habet ꝙ fieri nō pōt.

Contraria penitentia debꝫ īponi delicto.

i

**Tem īponēda** eſt penitētia cōtraria ad malū qđ cōmiſit ſm Ray. vȝ ſuperbo opera humilia Guloſo ieiuniū. Auaro elemoſine et huiꝰi quia contraria cōtrariis curantur. de pe. ij. c. ij. Quod intellige ſi creditur illum uelle et poſſe perficere. hoc enim eſt ad bene eſſe imponere magis iſtam q̄ȝ illam. Item ſi eſt negligens ad audiēdū vbū dei ſibi pōt iiungere ſm Ioh. ꝙ audiat certum numerū ꝑdicatōnū. debꝫ tamē cauere confeſſor ne det talē penitētiā ꝑ quā fiat alteri preiudiciū. puta ſi ſuo iiūgat lōga ꝑegrinatō vel ieiuniū ꝓlixū. ita ꝙ eiꝰ dominꝰ recipet detrimētū de ſuitio ſuo. Si etiā īponeret vxori ut daret multas elemoſinas. dabit đ bonis uiri: ſi pafernalia nō habꝫ.

Pro pctō occlto nō debꝫ dari manifeſta penitentia.

i

**Tē pro pctō oc**culto nō ē manifeſta penitētiā iiūgēda. ſ. tal' ut poſſit īde oriri aliq̄ ſuſpitio ꝑcī cōmiſſi.

e ❡ nota ſecun/
dum.Jo.an.ſuper cle.dudum.de
ſepul.ſuꝑ verbo audire ꝙ prius debet ſa
cerdos imponere penitētiā q̄ȝ facere ab/
ſolutionē a peccatis quod ꝓbat ex ipſo
textu cle.q̄ prius loquitur de penitentia
iniūgēda:poſtea de abſolutione:tū etiā
ex rōne:quia cū abſolutio ſit cōplemētū
et forma in penitētia:prius dȝ eſſe ſatiſ
factio que eſt pars materialis penitētie
ſaltē in actuali ꝓpoſito vt expreſſa ſatiſ
factione:que dȝ īponi per ſacerdoteȝ ac/
ceptet eā penitēs ſicut cōfeſſꝰ eſt:et do
luit:et inde ſequitur abſolutio. Sed cō
trariū dicitur eſſe de cenſi.c.fi.vbi dici/
tur ꝙ archiepiſcopi poſſunt in viſitatōe
abſoluere et penitētias īponere ergo hoc
de neceſſitate nō ꝓcedit.quia tamē cōi/
ter fit cōtrariū:vt ſcȝ priꝰ abſoluatur et
poſtea iniūgatur penitētia.quōcūqȝ fi/
at:vel āte vel poſt ſufficit.Preſuppoſit
eni confeſſor illū habere ꝓpoſituȝ eā fa
ciendi ꝙ ſibi iniūget cuȝ ipſuȝ peniteat.
Secūduȝ Joh.ſi penitētē abſoluis cuius
generalē confeſſionē audiuiſti abſoluas
eum:et a penitentijs oblitis iniūctis ab
alijs ſacerdotibus:et ſi aliq̄rū penitētia
rum iniūctarum memor ſit ꝙ non imple/
uerit eas: ſi iudicaueris expediens com
mittes eas niſi eſſet in caſu a quo non poſ
ſes abſoluere.
De ꝑmutatione penitētie hēs ſupra.ti.
precedenti.c.fi.vbi etiam multa de ſatiſ
factione.Memoriale dicēdū penitēti cir
ca penitentiam fiendam.

c Autuȝ eſt etiā
ſibi declarare et ꝑmittere:ꝙ ſi a
liq̄ die ex obliuione vł negligētia dimit
teret penitētiaȝ impoſitā: puta ieiuniuȝ
vel orationes:et huiuſmodi ꝙ poſſit alia
die commutare.
Et ſȝ Pe.de pal.conſulēdū eſt diuitibus
et nobilibus ꝙ querāt ꝑticipatōem bo/
norū que fiūt in religionibus: in quibus
ſunt et plures penalitates q̄ȝ alibi:et ma
gis deo accepte:et ꝙ in penitētiaȝ impo
natur eis ꝙ nō ſoluȝ q̄ facient ꝑ ſeipſos:
ſed etiā q̄ procurabūt ab alijs:et omnia
quorū ſpāliter ſunt ꝑticipes. Dicit etiā
Pe.de pal.in.iiij.ꝙ debet cōfeſſor cū mi
norē penitentiā debito imponit: īnoteſce
re ei ꝙ illa penitentia ſibi īpoſita non eſt
digna:ne decipiatur putans ſufficere:ſed
ꝙ deberet ꝓ quolibet mortali ſeptēnem
agere penitētiā:quaȝ ſi hic non perficit
in purgatorio luet. Si tamē ꝑ illam de/
clarationē crederet eū incidere in deſpa
tionem: non debet ſibi hoc dicere.
Quid fiendū quando penitens nō confi/
tetur peccatum aliquod mortale quod
confeſſor ſcit eſſe in eo.

d C confitēte au
tē qui nō cōfitetur aliquod mor
tale quod nouit de eo cōfeſſor ex eo ꝙ nō
reputet illud peccatum. Dicit Goff.in
quolibȝ.ix.ꝙ ſi eſt certū illud eſſe morta
le:tunc quicūqȝ cōfeſſor debet ei facere
conſcientiā de eo:cū confeſſor ordinetur
ad vtilitatē eius. Sed vtilitas eius eſt
ꝙ ſciat ſtatū ſuum:nec debet eū abſolue
re:ſed reputare euȝ indignū et indiſpoſi
tuȝ ad recipiēduȝ abſolutionē dū manet
in tali ſtatu. Sed ſi dubiuȝ eſt vtruȝ ſit
mortale:et opiniones ſunt doctorū diuer
ſe:videlicet vtrū ſit licituȝ emere reddi
tus ad vitā:tūc auteȝ confeſſor eſt ordi
narius eius: ita ꝙ tenetur confeſſionem
eius audire:et tūc ſi ſit opinionis illius
ꝙ illud nō ſit peccatū debet euȝ abſolue
re ſimpliciter. Si auteȝ credit ꝙ ſit pec
catū debet ei facere conſcientiā ꝙ confi
tens ſe diligenter informet de illo facto:
vtrū ſit peccatuȝ:ſed dato ꝙ ille nō vel
let recognoſcere illud eſſe peccatū:nihi/
lominus ex quo eſt ordinarius tenetur eū
abſoluere:nec debet euȝ reputare inhabi
leȝ ad abſolutionē:quia hoc ex errore et

non ꝑterua opinione procedit. Ordina rius autē abſoluēdo debet ſequi cōmune iudiciū eccleſie nō ſuum. Si autē ſit cō feſſor delegatus qui in nullo tenetur con fitenti niſi velit: ſi credit illud eſſe mor tale nō debet eū abſoluere quia ex mera volūtate dependz vt abſoluat: vel dimit tat. dz. n. ſequi ꝓpriū iudiciū in abſoluē do: et peccaret ſi abſolueret. hec Goffr. Sacerdos dicitur ſoluere vel ligare tri/ pliciter et de modo et forma abſoluendi parrafo ſexto

n Ota tādē ſecū dum Ray. ꝙ ſacerdos dicitur ſol uere vel ligare tripl'r. Vno mō per oſtē ſionē ideſt oſtendendo ſolutū vel ligatū dico cum abſoluitur: lz. n. ſit peccator ꝑ contritionē a deo abſolutus: tamen in fa cie eccleſie adhuc manet ligatus: et ſic ī telligitur. c. quātūlibz. de. pe. di. pri. alio mō ligat ſacerdos dando penitentiam ad quaz obligat peccatorē: et ſoluit: cuz pe/ nam ſibi debitā dimittit: vel ad ſacramē ta admittit. de. pe. di. pri. c. multiplex. Tercio mō per excōicationē et abſoluti/ onē ab ea. ii. q. ter. c. Nemo ſit. tamē ſit ſm Pe. abſolutio a peccatis realiter per miſteriū ſacerdotis. nō quidem principa/ liter et autoritatiue: quia hoc eſt ꝓpri um dei. de. pe. di. pri. c. verbū. Nec ſolum oſtenſiue quia et hoc faciebāt ſacramen ta veteris legis: ſiue teſtamenti: nec ſolū deprecatiue quia ſic magis abſolueret bo nus laycus: q̄z malus clericus: nec ſolū ꝑ cōtritionē cōfitētis: quia tūc nūq̄z quis efficeretur ibi de attrito cōtritus. Sed operatur inſtrumētaliter abſolutō ad re miſſionem diſponēdo ad gratiam: et niſi opponatur obſtaculū ſit de attrito cōtri tus: et iā contritio adauget gratiā. Hec Pe. de pal. cui cōcor. Tho. et ſit hoc vir tute clauiū que dicūtur plures in effectu quia vna eſt poteſtas diſcernēdi: alia diſ finiendi. Vna tamē eſt eſſentialiter. ſcz poteſtas iudicandi in foro anime collata a deo et in anima impreſſa delibiliter ꝑ ſuſ ceptionē ſacerdotij. Hec pe. Secūduz ve ro ray. Nota ꝙ triplex eſt iudicium. ſcz dei. Petri. et celi. In primo abſoluitur peccator ꝑ contritionē. In ſecūdo. ſ. iudi cio petri. i. cōfeſſionis ꝑ abſolutōez: ſi ta men prius ſit abſolutus a deo ſaltē ordi/ ne: alioquī nō. vnde dicitur. xxiiii. q. pri. c. manet petri priuilegiū: quādo ex equi tate fertur iudicium. In tercio ideſt iu/ dicio celi ideſt curie celeſtis abſoluitur per approbatōem. de. pe. di. pri. Alio mō et alijs verbis dicitur triplex iudicium. Primū dei. Secūduz petri in eccleſia mi ilitanti. Terciū ſurſum in eccleſia trium phanti. Primū eſt quo deus mundat ani mā in cōtritione et hoc precedit reliqua duo. ſcz tempore dignitate et effectu: eſt enī ille qui claudit et nemo apit. aperit et nemo claudit. Secūdū quod ſequitur poſt illum eſt iudiciū ſacerdotis: qui au/ toritate clauium ligat uel ſoluit eo modo quo paulo ante dictū eſt. Terciū quod ſequitur eſt iudicium approbōis ſcz celeſ tis curie et angelorum.

Forma verborū abſoluēdi penitētem.

d Icit pe. de pa. ꝙ homo: quia ignorat vtrū vnq̄z fecerit vnā ꝑfectam cōfeſſionem expe/ dit ꝙ in omni confeſſione ſacramentali: prius omnia ſua peccata ſpālitez enumera ta ſequatur generalis clauſula. ſcz de om nibus alijs mortalibus et venialibus con feſſis et nō confeſſis ac oblitis: dico me/ am culpā et ſic ſequitur abſolutio: et ſic valebit ad remiſſionē culpe et pene etiā mortalis et ſcite ac etiā oblite: ad quam tamē non tenebatur: al's in ſpāli confite/ ri iterū: quia. ſ. ſufficiēter cōfeſſus ē.

De forma et vi verborum que requirun tur in abſolutione.

f Orma autē ab

ſolutionis ſm Tho. in tractatu de forma abſolutionis eſt hec quãtũꝫ ad ſubſtantiam. Abſoluo te. et conſueuit addi ego: et a peccatis tuis. et ſi nõ diceret ſubintelligeretur. quia .n. in ſacramentis verba habent efficaciãꝫ et inſtitutionem tenenda ſunt determinata verba cõſonãtia inſtitutioni diuine dicenti. Quecũqꝫ ſolueritis. et iſta verba cõueniũt. ego te abſoluo. Idem Inno. et Hoſti. De iſta: et alijs formis diuerſis abſolutõis ab excõe et peccatis dicet' ĩfra in fine iterrogatorij. Solet autẽ papa aliquãdo tantã facere gratiam quibuſdã: vt ab oĩbus cẽſuris et penis ſimplr iuris: et ab hoĩe latis poſſit abſolui ĩ foro ſaltẽ conſcĩe: et tũc cõfeſſor põt iſta forma uti quam a curia rõana habui: et uſus ſum.

¶Forma abſolutõis ab oĩbus cẽſis: et penis: tã a iure q̃ꝫ ab hoĩe latis.

d **E plenitudine**
ptãtis aplice cuius autoritate ꝑ preſenti gero. Abſoluo te ab oĩbus cẽſuris eccl'iaſticis ſentenciis et uicul' excõnũ: ſuſpenſionũ: et interdicti tã ab homine q̃ꝫ a iure latis necnon ab oĩbus negligentiis: et defectibus cõmiſſis in ſacramentorum adminiſtratione officiis actibus tuis: uel nomine tuo factis ſupplẽdo de ſolita aplice ſedis clementia oẽs defectus eorũdẽ. Aboleo et oẽꝫ maculã ĩfaĩe et ĩhilitatis vndecũqꝫ cõtractis: diſpẽſo qꝫ tecũ ſuꝑ omni irregularitate: ſimonia ĩ ordine: et beneficio actiue uel paſſiue quacũqꝫ occaſiõe ul' cauſa: etiã circa te ĩ collatõe ordinũ et aliorũ ſacramẽtorũ ꝯtractis ſeu cõmiſſis. Reſtituo et hĩlito te ad ſtatũ: famã honorẽ: et executõnẽ officiorũ eccl'iaſticorũ quorumcunqꝫ ac ad oẽs gradus dignitatũ et honorũ ad beneficia eccl'iaſtica habita: et habẽda et tibi: et his q̃ habes de nouo ꝑuideo relaxãdo tibi fructus quos male ꝑcepiſti ſeu leſa cõſcĩa ex eiſdẽ ac alia q̃ in ludo ex ſucceſſione ac alias ad te ꝑuenerunt q̃ ſubiacẽt reſtitutõi vage ĩ forma pleniſſima. In noĩe patris et filii et ſpũs. ſ. amen. Si autẽ aliquis dubitat an ꝑ iſtis ſpãl' exigatur forma abſoluẽdi neceſſaria quia ſede aplica habent priuilegium ꝙ ĩ articulo mortis dũtaxat ſemel poſſit abſolui. et habere plenã remiſſionem oĩum ſuorum peccaminum. i. a culpa et a pena. ut alii exprimunt requiritur ſm ꝙ a magiſtris tam ĩ cõcilio cõſtãtienſi q̃ꝫ baſilieñ dictũ fuit ꝙ nõ. Sed ſufficit ꝙ ea oĩa et ſingula faciat pro quibus prefata ĩdulgẽtia datur ꝑut in bullis ul' priuilegiis talium exprimitur. nec putet aliquis ꝙ quando in articulo mortis fuit ſemel abſolutus plenarie et uſus eſt ſemel illo priuilegio ꝙ poſtea in alio articulo mortis uti illo iterũ valeat. niſi papa latiorẽ autoritatem daret. quã dat quãdo ponit ꝙ in articulo mortis dũtaxat ſemel et ita reſponſum eſt in concilio cõſtãtiẽſi alio a clariſſimis uiris pluribꝰ de hoc requiſitis. Nec mirũ quia priuilegiũ de indulgẽtiis tantum ualet uel dat quantum ſonat non autem extẽdi debet ultra.

Quid fiẽdum quando confeſſor abſoluit peitẽtẽ de quo non debuit.

ſ **Ed quid de cõ**
feſſore qui abſoluit confitentem de quo non debuit aut ex ignorantia uel uerecundia uel feſtinatione uel huiuſmõi et confeſſor poſtea experit' ſe erraſſe nũquid tenetur cõfitẽti hec dicere. Reſpõdetur ſm oẽs ꝙ cõfeſſus excuſatus ẽ et corã deo abſolutus iteri ꝙ neſcit lꝫ cõfeſſor nõ dicat. Quid ergo faciet. Collatio facta fuit de hoc cũ ml'tis notabilibus doctoribus theologie in cõcilio baſilieñ. Nã quidã dixerunt ꝙ ꝯfeſſor dꝫ autoritateꝫ a ſupiore ĩpetrare abſoluẽdi eũ et ſi ſine magno ſcãdalo fieri poteſt: vocare nõ abſolutũ: et ſibi dicere ac eũ abſoluere pꝰ auditã confeſſionẽ

uel ſi magnū ſcandalū timeretur abſoluat
eū abſētē ſi ab ultima cōfeſſione adhuc
ſpaꝰ eſſe in gratia. Aut et aliis placuit
ſi notabile ſcādalū timeretur ſūmo ſacerdo
ti deo cōmittat et ſolā condignā penitē
tiā p̄ eius negligētia peragat cōfeſſor.
preſertī quando multitudo ſic eſt neglec
ta: uel multi eorū diſtāt a loco ubi ē cō
feſſor.

Quid de cōfeſſore qui nō itelligit peni
tētē.

q **Uid etiā ſētiē**
dū ē de eo qui cōfitetur et cōfeſ
ſor nō itellit eū aut ex dormitōe aut ex i
pitia uel diſtractiōe nimia uel ſili cā. Reſ
pōdet. Joh. de bar. theologꝰ ātiquꝰ doc
tor ī quolibꝫ ſuis. Sacramētal abſolutō
iō exigit cōfeſſionē. oīs uero cōfeſſio i
portat reuelationē q̄ nō pōt eē ſie rela
tōe uniꝰ et pceptōe alteriꝰ. cū ergo alte
rū iſtorū deficiat. ſ. pceptō ſacerdotis ī
prefato caſu de illo peccato nō credo eſſe
cōfeſſionē. et p̄ ꝯſeqns nec īpedi abſolu
tōnē. hec. ipſe. Sed iſtud uidetur debere
intelligi ubi obaudita ſunt peccata gra
uia q̄ ſunt de neceſſitate ſalutis cōfitēda
non de aliis que cadūt ſub cōcilio: et ubi
talia modica obaudiūtur raro ab eo qui
al noſcit perſonā An pētēs teneaꝰ itera
re penitētiā ei iiūctā in peccato morta
li factā in toto: uel ī parte. Et an dicta
penitētia taliꝰ facta ei ualeat in foro
militātis ecclie. § ..vii.

u **Trum uero pe**
nitētiā ſeu ſatiſfactōnē īpoſitā
p abſolutōnē debitam ī peccato mortali
factā uel ī toto ul ī parte teneatur hō i
terare. Sup hoc ſunt uarie opīones. Jn
hoc tamē oēs cōcordāt q ſatiſfactō fctā
ī mortali ita nō ualet ſicut nec alia opera
facta ī mortali ualēt in foro dei ad tollē
dū vel minuēdū debitū pene p̄ pccis ad
quod ordinaꝰ omnis ſatiſfactio. quia cū
non ſit ī amicicia cum deo nō pōt eſſe ac
ceptū tale opus ipſi deo ſic factum.
Sed utrum ualeat ī foro ecclie militātis
ita q nō teneatur eā iterare. Jn hoc eſt
uarietas opinionū. Et aliqui dicūt q te
netur iterare: quia cū non potuerit ſatiſ
facere deo: nec eciam potuit ſatiſfacere
ſacerdoti qui ī pſona dei illud ſibi iiūxit
Sed Pe. tarā. Et. Joh. pi. uidetur ſim
pliciter dicere ſine diſtictōe q tal nō te
netur iterare tales ſatiſfactōes. quia
ſatiſfecit in foro ecclie militātis in quo
date ſūt et ubi non iudicatur de diſpōe i
teriori. Jdē uidetur ſentire Vincen. ī ſpe
culo hiſtoriali. li. viiii. Et. d. Annibal ī.
iiij. et p̄ iſta opiniōe uideꝰ ſatiſfacere ī
poſitio ſeptēnis penitētie q̄ regulariter
fiebat p̄ quolꝫ mortali ātiquitꝰ. ut. xxii
q. i. c. Predicandū. Et ueriſimile eſt q ī
tanto īteruallo aliqd mortale cōmitte
bāt. unde ſi oportuiſſꝫ iterare fuiſſꝫ laqū
īponere animabus. Tho. uero cū Alb. ī.
. iiii. diſtīgunt de ſatiſfactiōe. dicit enī
q q̄dam ſatiſfactōes ī quibus remanet a
liquis effectus ī ſatiſfaciētibꝰ etiā poſt
qꝫ actus ſatiſfactōis trāſitut ī ieiunio re
māet corporis maceratio: uel deliberatō
et ex elemoſina ſubſtātie diutō. et tales
ſatiſfactiones in pccō non opꝫ iterare.
quia q̄tum ad illud quod ex eis remanet
p penitentiā ſequētē accepte ſūt. Alie
uero ſunt ſatiſfactiones que nō reliquūt
effectū ī ſatiſfactōe. poſtqꝫ trāſit actus
ſicut in orōe et huiuſmōi. Actus. n. in
terior qui totaliter tranſit nullo mō uiui
ficatur. unde opꝫ q tales ſatiſfactōes
iterentur. Eadē opinionē tenet Pe. de
pal. magis declarās. dicit. n. q ī ſatiſfac
tionibus habentibus effectū derelictū
poſt opus. ut elemoſina priuationē e
ris Jeiuniū corporis debilitationem et
huiuſmodi. ſi poſtea peniteat: et perſe
ueret. Sicut baptiſmal caracter habet
effectū recedente fictione. ſic et iſtud de
relictū ex ſacramento quod operatur ex

ope operato icipit ualere ex ſequenti e/
ius approbatōe et ſacerdotis ꝛatihabiti
one.cū illum uere penitet:et non ex ſipli
ci uiuificatione qa opus operās mortu
um nūq̄ȝ uiuificatur.et ſic illa penitētia
ſatiſfacit.nō ſolū in foro eccl'ie:ſed etiā
in foro dei q̄ȝtū ad illud deꝛelictū .ut nō
opoꝛteat iteꝛaꝛe:ſicut ieiuniū elemoſina
et huiuſmodi.Sed ſi non habent effectū
deꝛelictū. ut oratio.tal' penitentia facta
in mortali nullo mō ſatiſfacit quin hic
uel alibi oporteat ſatiſfacere.quod uide
tur intelligendū in foro dei. quia nec ra
tione ipſius operis cū facit. nec ratione
deꝛelicti cū poſtea penitet eū:cū nō hēat
effectum derelictū :ſed in foro eccl'ie ſa/
tiſfacit.qa non eſt neceſſe eā iterare ſi
uult eſſe in ſtatu ſalutis.poſtea penitēdo
ſicut neceſſe habebat ipſā implere cū fu
it ſibi impoſita.Unde idē Pe.dicit pau/
lo ſuperi⁹ ꝙ q̄ndo homo eſt de oīb⁹ cōtri
tus et confeſſus:et accipit penitētiā cū
abſolutione ſi recidiuās pagat eā in mor
tali ipſe quidē ſe liberat ab iniunctione
ſaceꝛdotis:nec incuꝛꝛit peccatum inobedi
entie quod icurreret ſi eā nō perfeciſſet
quia non eſt fortius uinculū confeſſionis
q̄ȝ dei:uel eccl'ie. Sed in mortali exiſtēs
implendo preceptū di .ſ. de honore parē
tū :uel preceptum eccl'ie ut d ieiunio et
d elemoſina ab illo abſolute ſe liberat.
ergo et cetera.hec Pe.Cum ergo penitē
tia iniuncta ordinetur ad tollēdum vel
diminuendum debitū pene temporalis ta
lis qui penitētiā ſibi īpoſitā nō habētē
effectum derelictū ut oꝛationes perfecit
in mortali ſi reuertitur ad penitētiā.et
tandem moritur in ſtatu gratie: ex quo
illā nō iterauit cū per ipſā nil ſit ſolutū
de debito pene temporal':ſoluet eā in puꝛ
gatorio :niſi ꝑ alia bona hic ſatiſfaciat.
ꝙ ſi non reuertatur ad penitētiam qui
penitētiā perfecit in mortali q̄ȝcūq̄ȝ ſi
ue habentē effectū ſiue non habentē de
relictū ſoluet illud debitum ī inferno ſē
per :ſicut ille qui moritur cū mortalib⁹
et uenialibus de utriſq̄ȝ ſoluet penā eter
nā in inferno . q̄ȝuis .n.pro ueniali debe
atur pena temporalis que finē habet ta
mē per accidēs eſt ꝙ ueniale puniatur in
inferno pēa eterna.ſ.ratione ſtatus quia
in inferno nulla eſt redēptio .non.n. eſt
ille ſtatus expiādi culpā ad quā ſequituꝛ
pena.et iō ſemꝑ remanente culpa ueniali
durat et pēa.Ita tenet Tho .in.iiij.di.
xxii.Sed de pena temporali debita pro
mortali poſt contritionē.Pe.de pal'. ſic
declarat in.iiij.Peccator poſtq̄ȝ eſt deo
reconciliatus eſt debitor pene finite :nō
qualrcūq̄ȝ ſoluēde : ſȝ in ſtatu gratie in
quo ſolū eſt deo accepta .alioqn eſt debi
tor pene tāte:q̄ȝtā meretur culpa:et illa
eſt infinita .Unde peccatori per ſe debe/
batur quidem pena infinita ſi erat in moꝛ
tali .ſȝ mutata fuit in temporalē ſuppoſi
to ꝙ perſeueraret in amicicia . accepta/
uit.n.deus abſolutionē a pena eterna:et
impoſitōnē pene finite ſub cōditione :ſi
in gratia fieret.Et ſi queratur q̄re deus
magis acceptauit abſolutionē a culpa ſi
ne conditione q̄ȝ abſolutionē a pena .di/
cendū eſt ꝙ culpa trāſit et macula trāſit
et gratia ī momēto aduēit ſȝ ſatiſfactio
futura eſt .Futuris autē ſolȝ conditio ap
poni:nō aūt preſentibus nec preteritis
uel ſi apponatur :certa eſt . quia ſi eſt in
gratia pro tūc non pōt eſſe ſie gratia. I
deo remiſſio culpe fit ſine conditōne:ut
fit ſimpliciter :quia conditio exiſtit .
Unde ſicut per ſacramentum non remitte
retuꝛ cl'pa niſi adeēt gꝛatia ſic nec poſtea
per ſatiſfactionē remittitur pena niſi ad
ſit gratia .Talis ergo dimiſſa culpa pu/
nietuꝛ in inferno pena infinita non ꝑꝑ cō
mutationē finite in infinitū:ſed quia de
bitor eſt pene infinite ex quo non ſoluit
penam finitam ſub conditiōe qua debuit
ſicut perdens priuilegium cleri incidit de
foro meriti ad forum ſanguinis . ſic qui
declinat forum eccl'ie incidens in mortale

ad forum iuſticie exteriantis inuenit pe nam eternã. Hoc quod dicit Pe. uidetur intelligendum de eo qui penitẽtiã iniũc taȝ non habentẽ effectũ derelictũ factã in mortali: ſcito ab eo: uel de quo dubita bat: contẽnit iterare: uel etiam cum cre dit uel dubitat ſe debere iterare ex negli gentia dimittit: et ex labore recuſans hic et in purgatorio facere emendã deo. Sed ſi quis dimittit iteratõeȝ tal' peni- tentie ex ĩpoſſibilitate. quia ei deficit tempus: vel credit ſe eam feciſſe in ſtatu gratie uel ſi fuerit in mortali cognito ab eo: vel etiam ſi ſcit ſe eã feciſſe in morta li iterare facit per alium quem credit bo num: vel etiam ſi nec per ſe nec per aliũ iterat credit ſibi ſufficere ad ſalutẽ ꝙ impleuit ſibi iniũctã intendẽs ꝙ hic mi- nus fecit ſatiſfacere in purgatorio. et ſic deo facere emẽdam per huiuſmodi omiſſi onem tal' nõ damnatur. Unde et ipſe Pe. dicit di. xlv. q. ij. ꝙ qui facit penitentiã iniunctam in mortali pro ſe pro tanto nõ tenetur iterare. quia põt in purgatorio ſatiſfacere. Et ſi dicatur ꝙ uidetur incõ ueniens ꝙ tãtum quis puniatur pro pec- cato dimiſſo ſicut pro non dimiſſo. quia pena eterna: et ſic non videtur in aliquo profuiſſe contritio et confeſſio. Reſpon det Pe. ꝙ lȝ tantũ puniatur extenſiue nõ tamen intenſiue. ſicut pro uno peccato i ta diu q̃ȝ pro mille ſȝ non tã acerbe. Si etiam partẽ penitentie fecit. ſ. in ſtatu gratie. et unus dies remanſit pro illa die eternam luet penam ſi non penitet. ta men non tã acerbe ac ſi nunq̃ȝ contritus nec confeſſus eſſȝ. nec in aliquo ſatiſfeciſ ſȝ al' peccatum rediret. hec Pe.

Remedium tutius ſiue conſilium dandũ penitenti qualiter perficere debeat peni tentiam ſibi iniũctam. et que penitẽtia debeat ſibi dari ſecurior.

n Ota tamen ꝙ dum quis facit penitentiam ſibi iniunctam: ſi labatur in mortale. q̃ȝ uis bonum ſit q̃ȝcitius cõfiteri. tamen cũ per ſolam contritionẽ peccatum dimitta- tur et gratia reſtituatur q̃ȝcito ipſe con teritur etiam anteq̃ȝ cõfiteatur proſeq̃n do dictam penitentiam etiam ſi ſit tal' pe nitentia que non reliquat effectum poſt ſe in foro dei realiter ſatiſfacit. quia in ſtatu gratie eſt. vnd' in nullo tenet' itera re. Ad tollendũ autẽ oẽ dubium tutius uidetur ꝙ confeſſor: et ſi dat penitẽtias diutinas det penitentias ut ieiuniorum e lemoſinarum peregrinatõnũ et huiuſmo- di prout req̃rũt peccata. non tamen iniũ gat diuturnas penitentias orationum. et precipue his de quibus põt dubitari de recidiuo.

De celatõe confeſſionis: et d' penitentia ſacerdotis confeſſionẽ reuelãtis. § . viii

n Otat tho. i. iiii di. xxi. ꝙ audiẽs confeſſionẽ te- netur celare audita in ipſa. quia in ſacra mentis id quod gerit exterius eſt ſignum eius quod gerit interius. vnde ſicut deꝰ hõi confitenti tegit peccatum interius. ita et ſacerdos debȝ celare exterius. und' tanq̃ȝ uiolator eſt ſacramenti reuelator confeſſionis. Eſt et alia ratio quia. ſ. per hoc hoĩes magis trahuntur ad cõfeſ ſionẽ et ſĩplicíꝰ confitentur. ũde et ſi ex hoc aliquod periculũ futurum ĩmineret et hoc ſolũ ſciret ꝑ confeſſionẽ. ut de he- retico qui corrumpit fideles uel de matri monio illicito quod aliqui uolũt contra- here: uel de proditiõe ciuitatis fienda. non propter hoc debet reuelari confeſſio ad impediendũ malũ. ut quidã dixerũt ſed falſum eſt. Debet aũt monere eos q confitentur ut obuiẽt uel deſiſtãt. et pre lato dicere ꝙ uigilet ſuper gregem ſuũ: et hm̃oĩ ſine ulla reuelatõe. Hec tho. Quod ſi iudex inquireret ab aliquo an ſciat aliquid de illa materia per confeſſi onẽ: vel per alium modum. Dicit Ual'

ꝙ ſi nō pōt alio modo declinare iniquū iu dicē. pōt reſpondere. nihil inde ſcio: quod ſubītellr ut homo uel etiam nihil ſcio per confeſſionē. quia ſubitellr tibi reuelandū. Sic exponitur illud Math. xxiiij. c. De die illo et hora nemo ſcit. nec filius hoīs et ſubītelligitur reuelandū uobis Pōt et hoc uariare homo. cum nō adducitur in teſtimonium niſi ut homo. et idō abſqꝫ leſione cōſcīe pōt iurare ſe neſcire id quod ſcit tantū ut deus. Sed neqꝫ ēt ſꝫ Pe. de pal. i. iiij. di. xxi. per licentiam uel preceptū cuiuſcūqꝫ ſuperioris ſcūꝫ etiam pape ſub pena excōis non lꝫ reuelare confeſſionē. quia ſigillū confeſſionis eſt de iure dīno: et de neceſſitate ſacramēti. Papa aūt lꝫ aliqñdo diſpēſet ī preceptis diuinis ut in uotis: quorum redditio eſt de iure diuīo. nō tamen poteſt diſpēſare in ſacramentis. ſ. ut quis nō baptizetur uel confirmetur uel non cōfiteatur. et quod dcūꝫ ē celatōeꝫ cōfeſſionis eſſe de neceſſitate ſacramenti non ſic ītelligitur ꝙ ſit uerū ſacramentum: etiam ſi ipſa confeſſio nō celaretur. quia utiqꝫ eſſet ſacramentum etiam ſi ſacerdos reuelaret quia nec ſic eſt de neceſſitate ꝙ deus tegat: quod ſi nō ſatiſfaciat: deus non tegit: ſꝫ reuelat ad penam: aut ſi accedat fictus: deus non tegit. et nihilominus ſacerdos tenetur celare. ſꝫ dicitur celatio confeſſionis de neceſſitate ſacramenti. quia natura ſacramenti neceſſitat eū ad celādū: natura dico et q̄ꝫtū ad id quod eſt ſacramētum quod ſit in occulto ſolus cum ſolo. et q̄ꝫtum ad id quod eſt ſacramentum et res. ſ. penitentia interior que etiam eſt occl'ta et quantum ad rem tātum que eſt remiſſio peccatorum per quā tecta ſūt peccata. Nota ſm Pe. de. pal. quia quod dicit Tho. ꝙ occl'tatō confeſſionis eſt dē eſſentia ſacramenti nō ſic eſt intelligendum ꝙ ſit eius materia uel forma eius. ſed ꝙ eſt de natura eius obligatio ad occl'tatōnē: ſicut ſi diceremus de eſſentia leuis eſt ferri ſurſum uel de eſſentia matrimonij eſt reddere debitum. i. obligatio ad ipſū. Eſt aūt peccatum mortale reuelare confeſſionē. quia eſt contra ius diuinū et poſitiuū. unde et grauiter punitur ab eccl'ia. Penitentia confeſſoris confeſſionē reuelantis.

ſ **Acerdos reue**lās confeſſionē de iure antiquo debet deponi: et toto tempore uite ſue ignominioſus peregrinari. de pe. di. vi. c. Sacerdos. Sed ſecundum. c. Oīs. de pe. et re. debet deponi. et ad agēdā perpetuam penitentiam ī monaſterio arto ītrudi. Sed ſꝫ hoſti. faciet penitentiam certo tempore et exīde aliam. Sed hec penitentia imponenda eſt quādo q̄s in iudicio conuīcitur de hoc uel fatetur de iure. nā al' in foro penitentie uidetur eē arbitraria. ſicut pro aliis peccatis. Quāuis autem poſſit confeſſor de licentia penitētis manifeſtare eius peccatum alteri ſm Tho. et Pe. non tamen debet uti licentia tali. niſi ad euitādum aliquod malum. tenetur tamen ille cui aliquid reuelatur de licentia penitentis illud celare. niſi forte peccator uelit ꝙ ille abſolute et libere ſciat. Licentia tamen quam dat penitens confeſſori de reuelatione pcci q̄ꝫtūcumqꝫ general' non intelligitur niſi ad bonum cōfitentis ſm Pe. de. pal. Sed nota ſm eūdē ꝙ ſi iudex diceret alicui capto pro maleficio da licētiā cōfeſſori ꝙ dicat ſi tu es confeſſus de hoc uel de illo nō tenetur dare. nec ex hoc contra eū debꝫ haberi ſuſpitio de delicto. quia forte hoc facit propter uitandum ſcandalum. ſed et ſi daret licentiam: ſic licentiatus debet dicere peccatum illud ſi eſſet commiſſū. Item ſi precipeſet prelatus alicui confeſſori ꝙ diceret ſibi peccatum alicuius quod eſt oīo occultum. etiam ſi confeſſus dediſſet licentiam illi ꝙ diceret: nō tenet' dicere neqꝫ obedire ut reuelet illud. q̄a prela

tus nō ē iudex occultorū. imo etiā ſi cō/
feſſ9 eſſꝫ diffamat9 de illo peccato: et p i
famiā pueniret illd ad cognitionē iudi/
cis q̄zuis ipſe cōfeſſ9 iterrogat9 a iudice
ſiue prelato teneret ſe maīfeſtare. tamē
confeſſor eius etiam habita licentia ab e
o dicendi. non tenetur dicere iudici ſibi
precipiēti ut dicat. et ſi ſcit nec debꝫ. q2
fori non ſunt commiſcendi. ſ. penitētiař
et contentioſus. Sed ſi confeſſor ſcit pec
catum alicuius. non ſolum per cōfeſſionē
ſꝫ etiam per aliū modum. puta quia uidit
uel audiuit per talez et talē modū poteſt
dicere ꝙ illud uidit uel audiuit. dūmō
nō dicat ſe ſcire illud per cōfeſſionē: nec
refert utrū prius per confeſſionē audi/
uerit. et poſtea per alium modum ſciuerit
et econuerſo. In quo caſu. ſ. ſi prius ſci/
uit peccatum ante confeſſionem non opꝫ
ꝙ proteſtet ſe non recipere illud in cōfeſ
ſione quia ſine proteſtatione poteſt dice
re q̄ztum ſcit extra confeſſionem: nec ta/
men dꝫ hoc dicere ſine magna cā et rōa/
bili. Itē ſecundū eūdē Pe. cum cōfeſſio
non auferat confeſſori ius ſuum: nec con
ferat ei ius nouū i alio foro quicqd uide
tur confeſſori faciēdum uel omittēdū ꝓ
bono ipſius confitentis: uel pro bono cōi
poteſt facere uel omittere dūmō ꝓpter
hoc non reueletur confeſſio ad quod ſo/
lū obligatur. lꝫ alias illud non eſſet fctū
rus. Unde ſi per confeſſionem prioris: uř
alterius ſcit abbas ꝙ non expedit priori
tenere monaſteriū: et ſit talis qui ař ad
libitum poteſt āmoueri. expectet quouſ/
qꝫ ſine nota reuelationis poſſit eum āmo
uere. et tūc ſtatī āmoueat. Cū. n. ex audi
entia confeſſionis non obligetur ad ali/
quid niſi ad celandum. et ſi obligaretur
ad aliquid hoc eſſꝫ ad medēdum aīe peni
tentis ſicut medicus abſqꝫ tamen reuela
tione confeſſionis. ex quo aliquem in cu
ra ſuſcipit: tenetur ſibi dare remedium
contra recidiuū. et ſic in propoſito q̄zci/
to poteſt āmouere āmoueat quē etiam ſi
ne hoc āmouere poterat.
Si aūt tař erat q non ſic iuſta cā āmoue
ri poterat cū audiētia confeſſiōis nullū
ius ſibi prebeat i alio foro i quo nō ɔſtet
ſibi ut iudici: ammoueri non poteſt.
Idē Tho.
Itē quia prelat9 licentiā intrādi ciuita
tē ſiue uillā ſubdito dare poteſt ad libi/
tū: uel negare. lꝫ ař non eſſꝫ negaturus
propter periculū quod ex ſola confeſſio/
ne nouit: negare poteſt. dū tamen ex hoc
ſuſpitio non oriatur. In occulto tamen
ſemꝑ monere poteſt illū qui ɔfeſſus ē q2
hoc non eſt reuelare confeſſionē. Similr
curatus ꝓpter confeſſionē poteſt negare
cōionē quando eā dare ař teneť ut i paſ/
cate. ař ſic dicēs: tibi nō teneor nūc da/
re: nō obiiciēs de crimine cōfeſſo. non/
ꝓpter hoc dicitur reuelare confeſſionē.
Sꝫ ſi alicui cōquerēti contra ſuū parro
chialē ſacerdotē. quia non uult ſibi dare
eucariſtiā. ipſe ſacerdos corā aliis dice
